



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

43. Tribulatio ad Deum adducit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Tribulatio ad Deum adducit.

PUNCTUM XLIII.

Isa. 43.

ET dicam Aquiloni: Affer mihi filios tuos
Ærumnarum de longinquo. Qui fieri potest, ut Aqui-
lo dissipans nubes, filios afferat? O quod ex longinquo sunt vicini Deo per tribu-
lations! Filius qui abierat in regionem longinquam, ut per tribulations allatu-
sti D. Greg. ad illa verba, Compelle intra-
re. Felix, inquit necessitas, quæ ad Deum ire compellit, & mala, quæ nobis hic pre-
munt, ad Deum nos ire compellunt.

Fit esse patrem, cuius filius quietis im-
patiens, dissolutus, &c. paternum impe-
rium non sustinet, rumpit jugum, & di-
cit: Non serviam; & vanâ fructu liberta-
te, odio habens paternam domum. Quid
amans pater? Scribit ad amicos: Si filius
meus ad vos diverterit, ne illum excipa-
tis, ut ad me redeat. Sic, sic viam obsidet
spinis, ut viam deserat, ut domum redeat.
Ubi Gregor. O tormenta misericordia!
cruciat, & amat. Hinc Deo permittente
creatura omnes adversantur, & terrores
Domini, & poenæ Domini militant con-
tra me, ut me devictum ad creatorum re-
ducant, &c. Militia Dei tribulations im-
misx, &c.

Fugiebat Jonas, & ecce Dei ministri,
venti, mare, calum, pisces, nauvae, &c. de-
scendit fugitus in interiora navis. Et
mare ibat (Interlin. ad nutum Dei perse-
quens fugitivum) Et intumebat super eos.
Eadem Glos. ostendens se ultio Crea-
toris non posse differre. Et navis periclitab-
atur conteri. Heb. Et navis cogitabat con-
teri. Protopopæja, &c. Quid! Volebant
reducere fugitivum? Omnidò. Ubi
se ipsum reduxit, stetit mare, quieverunt
venti, &c. Venter ille certi videbatur rui-
na, inquit Hieron. & factus est custodia,
& carina, quæ quid Deus volebat, Pro-
phetam detulit. Agit tribulatio, ceu Dei
carina, eti tibi naufragium, & ruina vi-
detur, ad Deum te ducit.

Luc. 15.

D. Greg.

Osee 2.

Ærumnæ Dei
satellites, &
lidores:

Iona 1.

Interlin.

A Hi, qui sunt, & unde venerunt? q.d. quo- Apoc. 7.
modo hoc mare interpositum transfe-
runt! Carina tribulationis. De tribulacione
magna, &c.

Post se hominem trahit, vel prosperis, vel Job. 22.
adversis: ut Regulum infirmitate filij, qui
felicitate non venerat.

In tribulacione sua mane consurgent ad me,
& dicent, Venite, & revertamur ad Dominum,
&c. Psalm. Conversus sum in erumnaea, Psal. 31.

B dum configitur spina.

August. Punctus tribulacione cœpi August. in
quætere refugium, quod in illa felicitate Psal. 93.
Seculari desieram quætere. Quis enim fa- Augustinum
cile recordatur Deum, qui semper felix tribulatio pu-
est, & spe præfenti gaudet? O quam ve- pugit, ut Deum
rum! Ferè nullus. Nisi nos pungeret, nisi quereret,
spinas infigeret, nisi calcaria admoveret,
dormitaremus, obliuisceremur, divaga-
remur.

C In ira populos confringeret. D. August. legit: Psalm. 55.
In ira populos deduces, & subdit: Irasceris, & D. August.
deducis, sævis, & salvas, terres, & vocas.
implis tribulationibus omnia, ut in tri-
bulationibus positi omnes recurrent ad
te.

In funiculis Adam traham eos. Duplices Osee 11.
funes Adam, beneficiorum, & tribulatio-
nū: ruptis primis, secundis attractus est.
Sic plerique ruptis catenis amoris, tra-
hantur catenis tribulationis, ac timoris.
Sic ligatus catenis Manasses: Postquam co- 2. Par. 33.
angustatus est, oravit Dominum Deum suum,
& egit paenitentiam valde coram Deo.

Tribulations sunt veluti citationes
ad iura solvenda. Fugit ille creditorem,
debitum nollet exolvere, quid vero cre-
ditor? Eum ad Judicem accersit, quod sol-
vere compellat.

E Quis, rogo, debitor nisi peccator, qui Matth. 27.
debebat ei dec̄ milia talenta? Fugit, solvere
detractat. Deus eundem citat. Quænam
Dei citatio? Ægritudo, afflictio, tribula-
tio. Per Malach. Dilexi vos, sicut Dominus, Malach. 1.
quasi dicat: Vestri, ô homines, sum
creditor amoris? Et dixistis: In quo di-
lexisti nos? En, ut debitum negant! En ut
fugiunt! Quid ergo Deus? Et nunc ad vos Malach. 2.
mandatum hoc, si nolueritis audire, &
nolueritis

nolueritis ponere super cor, ut deis gloriam non
mini meo, ait Dominus exercituum, mittam in
vos egestatem. Quid egestas, Fratres? Dei
cursor, qui diem dicit, ac injus vocat, ut
debitum dilectionis solvatur. In Proverb.
de perfidi pigritante: *Et veniet tibi quasi
viator egestas.* Quid hic vult sibi viator?
Juxtra quandam glossam, non is, qui iter
facit, ac pertransit (id enim parvi faceret
peccator, si circumsilicet egestas ad eum
veniens pertransire) sed viator, ut anti-
quitus, is, qui alterum in jus vocat, aut
diem dicit, appellatur: *Et veniet tibi quasi
viator.* Ad rem Septuaginta: *Et veniet
tibi, tanquam cursor, egestas, & pauperies,
quasi vir armatus.*

*Peccatum est causa tribulationum,
& adversitatum.*

PUNCTUM XLIV.

Iona 2.
D. Hier. ibid.
*Peccatum ple-
rasque genera-*
rum nass.

Nautæ (inquit Hieron de Jona inobe-
diente,) videntes navim demergi,
credebant onus mercium causam esse
submersiois: sed non considerabant, in-
quir, esic onus fugitivi Prophetæ. Tol-
lebant vasa, & mittebant ea in mare, ut
alleviaretur navis, sed quod navim mer-
gebat, non tollebant. O quam plurimi
malos corporis humores evacuant, pu-
tantes eos causas esse infirmitatis, sed no-
niderant esse onus fugitivæ voluntatis,
fugientis nimirum à voluntate Dei,
&c. Res illius percunt, tollit onus, impe-
dimentum illud lucri, &c. & adhuc sub-
mergitur, quia non tollit onus, quod
mergit.

Deferunt illi ad Dominum paralyti-
cum, ut corporaliter curet, at Dominus
remitit ei peccata Domine, postulant sa-
nitatem, tu peccata dimittis? Removet
nimis. ait D. Thomas, xgritudinis
causam, ut post induceret sanitatem. Primo
peccatorū vincula dissolvit, inquit Chryl.
ut ostenderet, cum ob nexus culpa-
rum, artuum dissolutione fuisse damnata-
rum.

Matth. 9.
*Et xgritudi-
nes.*

A *Si jus fecerit iniuriam, ponam coram eo Ezech. 2.*
offendiculum. D. Hieron. & Theod. le- D. Hieron. ex-
gunt: *Dabo tormentū in faciem ejus. Quod-* Theod. ibid.
nam verò sit tormentum istud, exponit
Theod, dicens: Ponam infirmitatem, ut
torqueatur. Vidistis nostrates Judices ve-
ritatem perquirentes? Negat reus, tum
Judex: Funes dejicie, equuleum deferre.
Mox visis tormentis reus sua farta face-
tur. Hoc sibi vult: *Ponam coram eo tormen-* Ad confessio-
nem compel-
lant agriti-
dines.
B *tum. O quot obstinati! sed ponatur coram*
iis tormentum, febris acuta, laterum do-
lor, ac divulso, &c. ut clamant: Citò, citò
Confessarius veniat! &c.

*Expendit Ambrosius, Octonario deci- Ambros. in
mo præfixum titulum Iod, quæ litera, in- Psalm. 118.
quit, Latina significatioæ confessio dici- Oton. 36.
tur, vel certè desolatio. Nec discors sub-
dit, aut dissonans videtur interpretatio,
siquidem, qui desolati sunt, cito confi-
tentur.*

Lixor vulneris absterget mala. D. Gregor. Prov. 10.
ad illa verba Psalm. Sana animam meam, Psal. 40.
quia peccavi tibi. Percutit, inquit Deus, ut
fanet, & idē foras verbora admover, ut
intra vulnera animæ sanet, &c.

Sic Hugo Carenis premens patientis- Hugo Car.
simi verba: *Ipse vulnerat, & medetur percu-* in Psal. 19.
tit, & manus ejus sanabunt. Percutit, in- Job 3.
quit, corpus, & sanat animam.

Iram Domini portabo, quoniam peccavi. Mich. 7.
et, &c. Peccatum est magnes tribulatio-
num, ad exitum. Achab scelestus ad Reg. 22.
prælium descendens, ne interriteret, regium Peccatum
commutabat habitum, militaremque in- magnes ex.
duebat, at ecce: *Quidam tetendit arcum, in mnarum.*
incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem inter pulmonem, & stomachum, tunc
dixit aurige: *Ejicite me de exercitu, quia gra-
viter vulneratus sum.* Mirum! sagitta sic in
incertum directa, (Hebr. In simplicitate di- Hebr.
recta) percussit Regem inter pulmonem,
& stomachum, Hebr. Iner junduras, &
loricam: quia parte solem intrare poterat,
ac vulnerare. *Quis cam direxit?* Casus.
O quam falleris! Dicitur casus quoad sagittarium, non quoad Deum. Puta tribu-
lationes casu evenire: Deus dirigit. Sa-
gitta Domini in me sunt, Peccatum attrahit
sagittas, &c.

Levavi